

Adnotationes posteriores a manu recentiori non in certa aliqua rubrica sed ubiubi inseruntur.

In novissima libri religatione margines multum resecati sunt, ita ut numeri in margine inscripti paene deleti, multae chartae praeterea deperditae inveniuntur. Charta 384 finit necrologium cum conclusione: „Finis huius operis 19. Julii 1629.“ Chartae sequentes continent varia privilegia, donationes, bullas Rom. PP. post an. 1629.

In charta 394—426 reperitur insertio confratrum susceptorum ad confraternitatem S. Bernardi ab a. 1686—1793. In restituendo necrologio plures manus adlaborarunt; praevalent duae. Primarium necrologium ascendebat usque ad a. 1629, quo fundatum est necrologium hodiernum. Ex illo antiquo exemplari non nisi novum valde insufficiens excerptum, de antiquitate pauca referens, neque seriem priorum abbatum continens possidemus.

Antiquissimis temporibus anni et termini regiminis singulorum abbatum primarie non erant inserti, adnotati fuere seriori tempore, et quidem omnes fere erronee; quoad dies mortis autem nulla obvalet dubitatio veritatis.

Manuscriptum restituti necrologii asservatur in monasterio Claratumbensi Cisterciensis Ord. prope Cracoviam.

Seriem abbatum monasterii Andreoviensis texuit etiam Starowolski in opere suo: Vita et miracula Vincentii Kadlubensis, licet non omnibus mendis et erroribus expertem.

P. Š., Raigern.

Der selige Hermann Joseph.

Dort, wo der selige Liebling der hl. Jungfrau, ein vom deutschen Volke innigst verehrter Priester aus dem Orden des hl. Norbertus, sein wundervolles Leben geführt hat, rührt sich in der neuesten Zeit die stille Sehnsucht, den seligen Hermann Joseph mit der Heiligenkrone geschmückt zu sehen. Zweimal wurde schon der Versuch gemacht (1628 und 1728), den Process durchzuführen, und zweimal verhinderten plötzliche äussere Erscheinungen die Vollendung desselben. Die ersten Schritte zu dem hochwichtigen Unternehmen, welches nun das erzbischöfliche Ordinariat in Cöln officiell angeregt hat, sind bereits geschehen; da es aber nöthig ist, das zutreffende Material, besonders betreffs der Verehrung des Seligen zu ordnen, sind derlei Mittheilungen sehr erwünscht und werden bei dem katholischen Pfarramte an Maria im Capitol zu Cöln, Casinostrasse 8 oder zu Steinfeld (Rheinpr.) dankbar entgegengenommen.